

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>
Haimo <Halberstadensis>**

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Obsecro uos tanquam aduenas & peregri. I. Pe. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

quaꝝ non sunt ex hoc ouili, id est, ex hac gente & ex hoc populo.

Et illas oportet me adducere.

Id est, per prædicationem meorum apostolorum ad fidem meam uocare.

Et uocem meam audient.

id est, præceptis meis obd. ent.

Et fiet unum ouile.

— id est, ex utroq; populo una collecta ecclesia in p-
— senti, siue in dic iudicij, q; a ueruri sunt iudicii ad fide.

Et unus pastor.

s. Pe. 2. Ipse scilicet dñs Iesu Christus, de quo p ap-
stolū Petru credētibus dicitur: Eratis enim aliquādo
sicut oves errantes, sed conuersi estis nunc ad pa-
storēm & episcopūm animarūm uestrarūm.

DOMINICA TERTIA

post Pascha, Iubilate. I. Petri II.

Charissimi, Obscuruos tanquam adue-
nas & pegrinos, abstinere uos a carnalibus
desiderijs, quæ militant aduersus animam.
Et reliqua.

Hebr. 13. Vlchre satis admonet & exhortatur nos apo-
Philip. 3. stol⁹ Petrus, fratres charissimi, ut audiuit im
præsentilectione dilectio uestra: [] bsecro
(inquit) uost̄ quam aduenas & pegrinos. Ad-
uenae nos sumus & pegrini, quam diu sumus in
hac terra, ut Paulus apostolus ait: Non enim habe-
mus hic manentem ciuitatem, noster autem munici-
patus est in cœlis. Aduenae enim uel pegrinus aut
hospes, non cogitat quid in domo sit aliena. Sic &
nos quantum possimus, dño largiente, ista omni-

no debemus despicere, & de cælestibus meditari,
unde in eternū uiuere debeamus, [abstinere uos
a carnalibus desiderijs.] ¶ Ideo a carnalibus bonū
est abstine re desiderijs, & cælestia semper desidera
re, quæ nobiscum ualeant eternaliter permanere.
Carnalia autem decipiunt, & ad perditionem per
ducunt p̄manentes in eis, Vnde & subditur, [quæ
militant aduersus animā] Sēper nos carnalia tra
here conantur ad inferna, q̄bus resistere c̄mmodis
debemus, & insistere bonis & iustis laboribus, in
castitate & cōtinentia, quibus & supplicia dimitte
mus, & p̄m̄ia mercamur æterna.

Couersationem uestram inter gentes ha
bentes bonam,] ut exempla bona alijs ostenden
tes per operum bonorum cōstetudinem, sicut lu
minaria sitis lucentes in mundo.

Vt in eo quod detrectant de uobis tanquam
de malefactoribus.] ¶ Malis semper ac male uoli bo
norum hominum facta bona detrahunt, & ad ma
lam famā conantur euertere: metuentes ne mala
zorum delectatio, ut usus pessimus in quo moran
tur ut percant, bonorum aliorum factis destrua
tur & publicetur. Sed nos hoc audientes, oportet
multo instatius perseverare in bonis operibus, ut
etiam alijs meliores saluentur, & isti excusabiles si
ant, si conuerti noluerint a malitia sua. Sequitur:

ex bonis operibus uos considerates, glo
rificent deum in die uisitationis.

¶ Ut ipse dominus in euangelio docet: Sic lice
at lux bonorum operum uestrorum coram homi
nibus, ut uos laudem ex eis nequaq̄ deseretis. &

Mar. 19.

aliuidentes bona opera uestra, glorifiscant nos
nos, sed patrem uestrum qui in cælis est, qui in ser-
uis suis tanta bona ad suorum etiam & aliorum
quærit salutem.

Subiecti estore omni humanæ creaturæ,
propter deum.] ¶ Omibus hominibus honorem

date, unicuique secundum dignitatem suam, non
propter terrena desideria, nec propter humanæ
laudis appetitum, nec propter turpis lucri que-
stum, sed tantum propter deum, qui nos docet, di-

Mat. 11. cens: Discite a me quia mitis sum & humilis cor-
de, & inuenieris requiem animabus uestris. Et ite-
rum:

Luc. 14. Omnis qui se humiliat propter dominum,
&c. exaltabitur a domino.

Sive regi quasi præcellentí.

quia princeps est populi. Cui & ipse dominus in
euangelio bonorem debitum reddere iubet, dicēs:

Mat. 22. Reddite ergo quæ sunt Cæsar's Cæsari, id est, de-
bitum tributum & subiectionem obediētiae cum
fidelitate. & quæ sunt dei deo fidem rectam, spem
firmam, & charitatem perfectam.

Sive ducib⁹, tanquam ab eo missis ad uincula
etiam malefactorum] ¶ De qbus & Paulus ait:

Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subditā
sit, non est enim potestas nisi a deo. Dei enim mi-
nistrari sunt ad coercēdam hominum malitiam mis-
erit, ut qui sponte malam oluerit uitare, corum timo-
re uel inuitus uiter.

Laudem uero honorum.

¶ Similiter Paulus dicit: Vis potestarem nonti-
mire. Bonum fac, & habebis laudem ex illa.

Quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes,

POST PASCHA.

ebmutescere facias imprudētum hominā igno-
rantiam.] Ut iam cauti & tam perfecti in dei ope-
re sitis, ut nihil habeant quod detrahere de uobis
secundum eorum malam uoluntatem habeant.

Quasi liberi

ab omni peccato, per ueram penitentiam & con-
fessionem purata,
& non quasi uelamen habentes malitię liber-
ate.] ¶ Nulla fraus, nulla malitia sit in uobis [sed]
deo quasi domino digne iustis & sanctis opibus,
cum omnifice & uoluntate deieruire contendite,

sicut serui dei:

cum charitate inuicem omnibus propter deum de-
bitum impendite seruitium.

Omnes honorate.

secundum unius cuiusq; dignitatem, tamē paucis
ribus & misericordia valentibus stadium maximū im-
peditē seruēdi. q; in ip̄is Christus maxime hono-
ratur, ut ipse in iudicio dicturus erit: Q uod uni
ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nā sequitur,

Mat. 25.

Fraternitatem diligite.

¶ Ut ipse dominus in euangelio omnes fratres & p-
ximos esse ostendit, dicens: Oīt es em̄ vos fratres Mat. 32.
estis: unde & diligere nos inuicem iubet, cum ait:
Hec mando uobis ut diligatis inuicem. Et Iohann Ieha. 15
nes: Qui fratrem suum quem uider, nō diligit, de 1. Ieh. 4.
um, quem non uider, quomodo potest diligere?
Quia nec deus uere sine proximo, nec proximus uere
diligitur sine deo. Et Paulus: Dilectio proximi ma- Rom. 13
lū nō operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio.

Deum timete, regem honorificate.

Monete ergo cōgruū cunctis impēdere honorē, &

iuxta imperium dñi, Gæsari quæ cæsaris sunt, &

Mat. 22. deo reddere quæ dei sunt. Qui timet deū, facit bonum
Eccle. 15 na: quia initium sapientiae, timor domini. De timore domini omne bonum nascitur, & per timorem domini omnis malitia hominis evanescatur. Quia qui timet deū, diligenter se a peccatis custodit. Sic ergo timeamus deum, ut diligamus eum quia perfecta est charitas, quæ foris mittit timore seruilem.

Serui, subditij estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis, Hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro.] ¶ Propter dei timorem pariter & amorem dignum & iustum est unicuique homini, suo dño fideliter seruire, siue presentibus, siue præsentibus: quia quicquid homo boni fecerit propter deū, nihil perdit, quia ipse reddet unicuique secundum opera sua. Semper enim in vita hominis finis queritur, qualis sit extremo tempore uitæ suæ: quia de fine suo unusquisque aut iustificatur, aut condemnatur. Ideo instansissime bona que cœperit unusquisque, perficere contendat, ut perpetuā a dño mercedē accipiat, ipso latiente quia uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

DOMINICA III. POST Pascha, Iubilate. Iohannis XVI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia uado ad patrem. Et reliqua.

Modicum & iam non videbitis me] mortalem, corruptibilem, comprehensibilem, sicut, nunc uideris. [& iterum modicum & vide-